CC BY NC SA

farcire, farsisse, fartum / farsum. *uerb. tr.* **FORMA** *part. perf.* farsus *inde a* PETRON 69.6. turdi siliginei uuis passis nucibusque farsi. **ETYM** *de ea ambigitur;* DEVAAN *a stipite* *B^{H}REG- prouenire affirmat, *cum* φράσσω *'stringere, oppilare uel obstrudere' coniunctum, nisi ab i.e. aberrare iudicat; at* EM *a uulgari Graeco* φράσσω *prouenire; incerta sed possibilis cum* frequens *coniunctio,* DEVAAN *stipitem* *B^{H}RK^{W}- *demonstrante.* **DLAT** farcimen, farcina, *fars, fartim, fartalia, farticula, farticulum, fartor/farsor, fartum, fartura/farsura; *farsuraceus, fartatus, fartilis/farsilis, fartosus, fartus/farsus; confercire (> confertus), effercire, farcinare (> suffarcino), infarcio, infercio (> infertícius), refercio (> refertus); suffercio (> suffer[ci]tus). **DROM** *fr.* farcir *'rellenar'*; FARSUS > *fr.* farce *'farsa'* > *cast.* farsa, disfrazar, *cat.* disfresar, *port.* disfraçar; FARTUS > *cast.* harto, artal 'empanada', *cat.* fart, *port.* farto. [**FREQ** humilis **64** ^{indicia} **4,8** $^{/d.c.m.}$ 239-169 ENN]

uocabulum scriptis technicis ad agri culturam artemque culinariam pertinentibus aptum; litterariis minore pro rata parte numero, at scriptis omne genus aptis, praecipue exponendo narrando argumentando; omnibus usibus, pro rata parte quotidianis abundans, magis prosa quam uersu. Inde ab initiis apparet, similiter usitata per omne aeuum Latinum.

VARIATIO		indicia	p$^{/d.c.m. subc.}$
OPERUM	argumentalis	14	2,8
	dramatica	2	4,6
	exponens	30	11
	lyrica	1	4,4
	narratiua	15	3,1
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	6	15
	I aec.	12	4,3
	I-II ec.	22	5,7
	III-V ec.	24	3,5
DIAPHASICA	docta	7	3,3
	media	53	4,7
	quotidiana	4	9,5
DIASTRATICA	litteraria	33	2,9
	technica	31	12
MODUS	prosa	58	4
	uersu	6	3,3

¶ **a** *de + abl* *etymologia incerta prototypicus significatus caligat, adeo ut primum semantizatum appareat quasi fastiditus - al no poder asegurar la etimología, el significado prototípico queda un poco a oscuras. Y resulta problemático, porque las evidencias se estrenan de manera asombrosa y coincidente con un uso muy abundante de su evolución al castellano, ya semantizado, en forma de participio, como harto o hastiado de* (→**c1**)

b1 *at omnino implere uulgo significauit - sin embargo, significó habitualmente llenar completamente o rellenar* [**HYPER** implere **SIM** infercire[a]] 30-22 VITR 2.8.10. Neque is rex ab inopia id fecit; infinitis enim uectigalibus erat fartus, quod imperabat Cariae toti. 63-65 SEN Epist 99.14. Infelicis luxuriae ista tormenta sunt: quaerit quemadmodum post saturitatem quoque esuriat, quemadmodum non impleat uentrem sed farciat. 330-430 HEGES 5.24.2. Et si quibus ulla adhuc uirtus edendi, auiditas modum nescia quod ferre non poterant supra mensuram ingerebat, repentino cibo farti disrumpebantur. 📖 ISID Orig 20.2.28. Farcimen caro concisa et minuta, quod ea intestinum farciatur, hoc est inpleatur, cum aliarum rerum conmixtione. **GLOSS** 2.375.7. νάσσω. 4.341.24. farcit implet, spissat. 4.236.52. farcire fulcire, implere. 2.481.41. ψωμίζω 'introducir trozos de comida en la boca'.

b2 *cibare animalia - engordar animales o cebar* [**HYPER** cibare **SIM** →cibare animalia **DOM** *in culina* intestinum, glires, leporem] 234-149 CATO Agr 89.1. Gallinas et anseres sic farcito. 37 VARRO Rus 3.9.21. Eodem modo palumbos farciunt ac reddunt pingues. 60 COLUM 8.7.4. Nam illi qui uolunt non solum opimas sed etiam teneras auis efficere, mulsea recenti aqua praedicti generis farinam conspargunt, et ita farciunt. ISID Orig 19.26.4. Culcitae uocatae quod calcentur, id est farciantur.

farciendi actio quasi constanter agitabatur, at saepe quotiens cibus animalibus praebebatur usitabatur - frente al aspecto durativo, entendida la actividad de cebar como dilatada en el tiempo, a menudo este verbo presenta una acción puntual, referida a cada una de las ocasiones en que se realizaba la actividad de dar de comer para cebar 234-149 CATO Agr 89.5. bis in die farciat et meridie bibere dato. 37 VARRO Rus 3.7.9. Deinde manducato candido farciunt pane; hieme hoc bis, aestate ter, mane meridie uesperi; hieme demunt cibum medium.

b3 CUL *animalis omenta minutalibus et pinguamine implere - embuchar o embutir* [**HYPER** implere **SIM** infercire[b]] 390-450 APIC 2.3.2. Sex oui uitellis coctis, nucleis pineis concisis caepam, porrum concisum, ius crudum misces, piper minutum, et sic intestinum farcies.

b4 *interdum cauitas designabatur qua aliquid obtrudebatur - a veces, se indicaba la cavidad en que se introducía algo con fuerza, introducir apretando, embutir u obstruir* [**HYPER** impedire] 65-64 CATUL 28.13. o Memmi, bene me ac diu supinum tota ista trabe lentus irrumasti. sed, quantum uideo, pari fuistis casu: nam nihilo minore uerpa farti estis. 41 SEN Ira 5.19.4. Cum spongeae non inuenirentur, scindi uestimenta miserorum et in os farciri pannos imperauit. 📖 PHILARG Verg Ecl 5.301. 'obstruitur', idest farcitur.

c MED *fomenta uulneri imponere, quod uulgo dicebatur - aplicar una venda o compresa a una herida, tanto en el habla popular* [**HYPER** fouere[e]] 330-430 HEGES 4.6.7. ulcera fibraeque patentis uulneris uestibus *templi* his quas non liceret illis contingere farciebantur. 390-406 VULG Ez 30.21. non est obuolutum ut restitueretur ei sanitas ut ligaretur pannis et farciretur linteolis et recepto robore posset tenere gladium.

et apud medicos ipsos - como en la propiamente médica 350 PELAGON 448.2. Eandem ergo fistulam linteolis oleo et aceto maceratis farciri implerique oportet, usta lotio lauari et axungia ungi.

adi. **d** fartus, a, um. [**FORMA** farsus] **d1** *fastiditus - harto o hastiado de* 239-169 ENN Ann 535. sicut equos qui de praesepibus fartus uincla suis magnis animis abrumpit.

d2 CUL *abl. de aue seu paruo animali cui alimenta inferciebantur, postea coquebatur - relleno, referido al ave o pequeño animal en cuyo interior se cocían a la vez ciertos alimentos* [**REL** fartilis[b], offarcinatus, praescatens, refertus **DOM** *culina*] 230-184 PLAUT Frg Inc 16.3. muriaticam autem uideo in uasis stagneis, naricam bonam et canutam et †taguma† quinas fartas, conchas piscinarias. 60 PETRON 69.6. turdi siliginei uuis passis nucibusque farsi. 390-450 APIC 8.8.3. Leporem farsum: nucleos integros, amygdala, nuces siue glandes concisas, piperis grana solida, pulpam de ipso lepore.

d3 *repletus - harto o saciado de* [**REL** →pinguis[a] **SIM** →repletus] 45 CIC Tusc 2.24. Tum iecore opimo farta et satiata adfatim clangorem fundit uastum et sublime auolans pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. 📖 CHAR. crassus, fartus, obesus, pinguis, refertus, saginatus.

d4 *abl. omnino impletus - repleto, abarrotado o lleno de* [**SIM** effertus] 30-22 VITR 2.8.10. Neque is rex ab inopia id fecit; infinitis enim uectigalibus erat fartus, quod imperabat Cariae toti. 49 SEN Bre 13.8. Hoc scire magis prodest ... alia deinceps innumerabilia quae aut farta sunt mendaciis aut similia? 330-430 HEGES 5.24.3. Eo quod farti auro Iudaei forent, diripiunt quoscumque offenderant aduenientes. 395-415 MARCELL praef.1. libellum hunc ... adnotationibus fartum undeunde collectis.